Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35036
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore



sua: diues autem in humilitate sua: quoniam sicut flos feni transibit.
Exortus est enim sol cum ardore & arefecit fenum. & flos eius
decidit: & decor vultus eius deperiit: ita & diues in itineribus suis
marcescet. Beatus vir qui sustinet temptationem. quoniam cum
probatus fuerit accipiet coronam vite: quam repromisit deus dili-
gentibus se;

Nilo t: dixit ihs. d. s. S. Johanneo

In hoc clarificatus est pater meus: ut fructum plurimum
afferatis. & efficiamini mei discipuli. Sicut dilexit me
pater. & ego dilexi uos. Manete in dilectione mea. Si pre
cepta mea seruaueritis: manebitis in dilectione mea. sicut
& ego preceptia patris mei seruauit. & maneo in eius dilectione.
Hec locutus sum uobis: ut gaudium meum in uobis sit & gaudium
uestrum impleatur. Vigilat mris Beatus vir qui in sapientia.

Nilo t: dixit ihs d. s. Ego sum uitis S. eadem Johanneo
uera; & pater meus agricola est. Omnem palmitem in me non
ferentem fructum tollet eum. & omnem qui fert fructum
purgabit eum: ut fructum plus afferat. Iam uos mun
di estis: propter sermonem quem locutus sum uobis. Manete in me:
& ego in uobis. Sicut palmes non potest ferre fructum a semet
ipso. nisi manserit in uite: sic nec uos: nisi in me man
seritis. Ego sum uitis. uos palmites. Qui manet in me. &
ego in eo hic fert fructum multum quia sine me. nichil potestis
facere. Si quis in me non manserit mittetur foras sicut palmes
& arescet: & colligunt eum & in ignem mittunt. & ardet. Si ma
seritis in me: & uba mea in uobis manserint: quodcumque
uolueritis petetis & fiet uobis. phylippi ~ Jacobi t sapie

Stabunt iusti in magna constantia. aduersus eos qui
se angustiauerunt. Et qui abstulerunt labores eorum